

Xa

4443



PATERNUM PRINCIPIS AFFECTUM
 IN NOMINE PATRIS IMPERANTIBUS
 MAXIME PROPRIO
 DELINEANS
 ANNIVERSARIA SOLENNIA
 NATALITIORUM
 SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
 DOMINI
**JOHANNIS
 ADOLPHI**

DUCE SAXONIE IULIÆ CLIVIÆ AC MONTIUM ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ
 LANDGRAFI THURINGIÆ MARCHIONIS MISNIE ET UTRIVSQUE LUSATIE CO-
 MITIS PRINCIPIS HENNEBERGICI COMITIS MARCÆ RAVENSBERGÆ ET BARBIÆ
 DYNASTAE RAVENSTEINI MAGNI ORDINIS AQUALÆ ALBÆ SARMATICI EQUITIS
 S. C. M. ET S. R. I. SUMMI REI TORMENTARIÆ PRAEFECTI POTENTISSIMI POLO-
 NIARVM REGIS ET ELECTORIS SAXONIE GENERALIS CAMPI MARESCALLI NEG-
 NON PEDESTRIS LEGIONIS SAXONICÆ CHILIA-
 CHÆ RELIQUA

PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRITORIS NOSTRI LON-
 GE CLEMENTISSIMI
 PRECIBUS PHSQVE VOTIS CELEBRANDA
 INDICIT

ET
 AD ORATIONEM

D. VII. SEPT. A. C.

IN AUDITORIO ILL. AUGUSTEI MAJORI
 BENIGNE AUDIENDAM

PER ILLUSTRES AULÆ SERENISSIMÆ MI-
 NISTROS UTRIVSQUE REIPUBL. PROCERES NEC NON
 CIVITATIS HUIUS AMPLISSIMÆ LITERARUM PA-
 TRONOS CULTORES ET CIVES ILL.
 AUGUSTEI

OBSERVANTISSIME HUMANISSIMÆQUE
 INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS, SS. TH. B.
 CONSIL. SAXO-WEISSENF. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.

BIBLIOTHECA
 PONICKAVIANA





Aria & egregia passim in Scripturis S. reperiuntur nomina *Imperantibus* tributa, quæ de ipsorum eminentia præ aliis hominibus, nec non potestate, auctoritate, & fere dixerim divinitate, prout in mortalibus locum illa habere potest, testantur. Ipse enim DEUS nomine אלהי condecoravit illos, & licet hoc non fiat in prima & propria significatione nominis אלהי, sed in analogica tantum quadam ratione: tamen אלהי, quod ipsis impositum est, officium, similitudinem habet cum gubernatione Divina, in qua DEUS iis ipsis tanquam Vicariis Dñs, qui in his terris iustitiam exercere & salutem populorum curare debent, utitur. Idem בני אלהי filii nominantur *Altissimi*, quod divinam magistratuum originem, ordinationem, conditionem & divinum erga illos amorem insinuat. Pariter Αρχοντες sunt & Κυβερναιτες vocantur. Domini sunt, dominium majesticum nacti ab ipso DEO, paterno affectu temperatum. Ex quo PATRES & NUTRICII salutantur. Pater & Rex etiam profanis scriptoribus junguntur, ad par utriusque in regia potestate officium declarandum. Hoc modo *Romulum* invocabat *Ennius*, addens ab eo Romanos in lucem esse productos. Inde ab isto *Romuli* tempore, hoc Patrum nomen Magistratibus adhæsit, quo de legi meretur *Plutarchus* in *Vita Romuli* T. 1. Opp. p. 24., qui & hanc rationem, cur ita vocati sint adjecit: verius videtur, Romulum, Principum & potentissimorum censentem partes esse, ut patria cura & sollicitudine complecterentur demissiores, simulque docentem plebem, ne timerent præstantiores, neve inviderent honoribus eorum, sed uterentur iis cum benevolentia, ac ducerent *Patres*, appellarentque, id nomen his detulisse. Mox & invaluit, cum plures essent magistratuum gerentes, ut *Patres conscripti* dicerentur, & *Patres Patriæ*. Hoc jam Ciceroni tributum legitur nomen *Patris Patriæ*, de quo versus factus est: *Roma Patrem Patriæ Ciceronem libera dixit*. Eaque appellatio *Patris Patriæ* hodie communissima est. Nec ullum nobis charius nomen esse potest de imperantibus adhibitum hoc nomine PATRIS.

Dulce PATRIS nomen, quo non est dulcius ullum. VI

Nam in hoc nomine *Patris* Imperantes quam maxime officium suum explent, eoque in primis imaginem DEI referunt. DEUS enim est, ex quo omnis paternitas suam habet originem, & blandum Patris nomen ipse gerit, non tantum *πατριάρχης*, ut prima Deitatis persona, quæ ab æterno Filium genuit *Pf.* 2, 7. cumque amat *Joh.* 3, 35. c. 5, 20., sed & *πατρίδης* ut DEUS triunus, qui Pater est, & talem se exhibuit ab incunabilis Mundi, creando, conservando & gubernando res creatas, idque tanto amoris affectu, imprimis erga genus humanum, qui omnem rationem humanam superat. Nulla ergo in re magis ad DEI imaginem accedunt Reges & Principes quam hoc paterni amoris affectu. Ipsum nomen PATRIS in omnibus fere linguis hunc amoris affectum in etymo gerit. Hebraïcis PATER dicitur אב & אבא ex radice אבה voluit, acquievit, dilexit fovit, pater

pater fuit, atque ita in Linguis Orientalibus reliquis V. *Castelli* Lex. *Hor-*
tingeri & *Nicolai* Lex. Harm. &c. In alias linguas translatum מֵאָב & אָבִי
 varie mutatum est, quod monstrat C. *Becmann.* in *Manuduct.* ad Lat.
 Ling. p. 826. sqq. qui ipsum Græcum πατήρ, ex quo Latinum *Pater* est,
 ex Hebræo מֵאָב vel אָבִי descendisse arbitratur. Sed non desunt Philo-
 logi, qui Græcæ voci Græcam originem quarunt, & derivant vel a πάω
acquirō, possideo nutrio, alo, V. *Matth. Martini* Lex. Etym. p. 541., vel a
 παῖς *educō,* vel a παῖς *semino* V. Lex. *Scapule* h. l., Al. a παῖς *puer* & τρεῖν
servare ut πατήρ sit quasi παῖδα τρεῖν *puerum servans.* Sic *Eustatius* DEUM
 πατέρα appellari scribit quasi παῖτα τρεῖν, hominem vero quasi παῖδας τρε-
 ῖν, ut mittam alias allusiones magis, quam originationes, ex quibus
 illa est *Varronis* l. 4. L. L. cui dicitur *Pater* quod patefaciat omnia & ipsum
 semen nam tum est conceptum & idem tum exit, quum oritur; V. Lex.
Martini l. c. Germanicum pariter nomen *Water* & *Woder* in plerisque
 Lingua Germanicæ Dialectis servatum derivatur ab antiquo *Woden*
 vel *Wöden* quod est *gignere, parere, fovere, alere,* V. *Spatens* (qui est *Caspar*
von Stieler) & *Præd.* & *Wap.* p. 53. & 530., & eundem affectum in sinuat,
 qui boni Parentis est. Hunc vero filiorum erga Parentes amor, venerationis
 & beneficiorum grata recordatio magis magisque auget & in-
 cendit ad majus studium promovendæ felicitatis liberorum. Idem ob-
 servamus in bonis imperantibus Regibus & Principibus. Quæ enim *Xe-*
nophon l. 8. de *Instit.* Cyri, verba *Crisarite* refert: Bonum Principem a
 bono Patre nihil di ferre, FRIDERICUS ELECTOR SAXONIÆ sæpe in ore
 habuisse legitur. Nam sicut Patres Liberis suis de necessitate & incolu-
 mitate prospiciunt: ita etiam Imperantes omni cura in id incumbunt,
 ut Cives bene se habere, & secure & tranquille vivere, & sua agere pos-
 sint. Quam paternam sollicitudinem etiam Cives omni veneratione,
 pietate & obsequio demereri & promovere student. Quod in regnis
 bene constitutis diu animadvertimus, in quibus & Imperantes pater-
 num affectum satis produnt & Cives suam pietatem in pietatis officiis
 & obsequiis abunde testantur. Ipsa Sacrarum Literarum monumenta
 plena sunt exemplis bene gubernantium populū DEI. Nec recentior
 ætas destituitur Regibus & Principibus piis & patrio amore fla-
 grantibus. Hinc & olim populus DEI, & sub Novo Testamento primi
 Christiani omnem venerationem Regibus & Principibus exhibuisse
 leguntur, quicquid nonnunquam adversus Christianos criminati sunt
 male sani Gentiles, quibus obviam ire coacti sunt Veteres Ecclesiæ
 Doctores in Apologis aliisque Scriptis passim. Testantur de veterum
 Christianorum pietate preces pro imperantibus factæ. Nos, inquit *Ter-*
ullianus in *Apol.* c. 30. p. 367. & 376. *pro salute Imperatorum DEUM invocamus*
æternum, DEUM verum & DEUM vrorum - precantes sumus semper pro omni-
bus imperantibus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam,
exercitus fortes, Senatū fidelem, populū probum, orbem quietum, quæcum-
que hominis & Cæsaris vota sunt. Et *Theophilus* l. 1. ad *Autolicum* p. 77. *Regem*
honora, honora, inquam, magna cum benevolentia, subiectus ei existens, & orans
 pro

pro eo. Stabiliunt pietatem hanc obsequia, officia & servitia tam Ethnicis quam Christianis imperantibus præstita, etiam in negotiis Civilibus. Multos enim habuisse Cæsares ministros Christianos colligitur ex salutatione Pauli in ep. ad Phil. c. 4. v. 22. Idem de Tertulliano constat ex Apolog. c. 30., & plures recitit *Job. Mich. Heineccius* in diff. pec. de *Ministris Cæsarum Gentilium Christianis.* Accedunt insignia Christianorum veterum de imperantibus elogia. *Gregorius Nazianzenus* ep. 46. T. 1. Opp. p. 807. aperte scribit, *Imperantem virtutis esse adiutorem & omnis malitie antagonistam.* Eumque *leges suas præcipiendo & contrarias abrogando DEO servire,* cum *Augustino* ep. 32. fasti ubique sicut Sancti Patres. Et hodie Ecclesia nostra Evangelica omnium maxime & præ aliis deo dedita est venerationi Magistratum. Quæ enim Ecclesia in suis fidei symbolis & doctrinis proficitur, quod Magistratus sit ordinatio Divina, immediate à DEO existens, Regumque majestas & potentia non in populo radicaliter habeatur, sed DEI sit, & imperantes summè in his teris DEI sint Vicarii, nec in temporalibus ulli alii potestati humanæ subiecti, itaque externa cura Sacrorum sive jus Episcopale externum competat, ita ut soli potestatem habeant congregandi concilia, & vocandi Ecclesiæ ministros, & ordinandi sacros ritus & ceremonias, & ab ipsorum jurisdictione nemo sit exemptus sive clericus sit sive laicus, nec unquam subditi absolvi juramento fidelitatis possint; præterea nulli populo fas sit resistere magistratui, ne tyranno quidem, in valori aut aggressori, ut eundem impune quis interficiat, aut sub inculpate turæ prætextu facile laedat. Quæ, inquam, Ecclesia sanctæ hæc docet, tener atque tuetur, illa maxime omnium addicta est majestati imperantium sanctitati & cultui Regum & Principum. Quod de Ecclesia nostra Evangelicæ omnino constat. *V. D. Masius* in Libro, quem sub titulo: *Interesse Principum circa Religionem Evangelicam,* evulgavit, & in aliis scriptis vindicavit. Quæ enim privatorum eorumdem Doctorum sententia ab *Huberto Mosino* (is est *J. C. Beumann*) obijciuntur in *Bericht von der weltlichen Obrigkeit & im fernern Bericht* etc., singulares & hæc tantæ auctoritatis sunt, ut nos multum moveant, suisque Auctoribus relinquuntur. Et *B. Luchter* aliqua paulo deriora verba, quæ vehementiori affectu concitatus in sermone adversus Divinæ veritatis hostes effudit, mitigari debent ex innumeris locis, ubi sedato animo in progressu negotii reformationis, mentem suam de Magistratu rectius exposuit. Ubi non tantum Christianos & pios imperantes honorandos & venerandos docuit, sed etiam Turcarum magistratibus, & gentium & infidelium Regibus & impiis obediendum, nec iis resistendum, serio inculcavit, & auctoritatem majestaticam contra Pontificem R. & Pontificiorum strophas accuratissime vindicavit & defendit. *Conf. D. Masii getreue Lutherthum,* in Dania Orthodoxa &c. Cui doctrinæ Ecclesia nostra Evangelicæ ubique locorum inhærens amat & colit Reges & Principes & pro ipsorum incolumitate preces ad DEum publicæ & privatim dirigit. Illud quoque hodierno die, die Natalitiorum SERENISSIMI PRINCIPIS nostri facimus, DEum precantes, ut sua in PRINCIPEM SERENISSIMUM beneficia continueret & accumularet, eumque in vita longæva salvum & incolumem conservet. Nam Principe salvo, nos quoque salvi erimus. Quare quod quondam Imperatori *Aurelio Alexandro* sedero ex Oriente redeunti & Romam ingredienti acclamavit populus Romanus: *Salva Roma, salva Patria, quia SALVUS EST ALEXANDER;* illud in felici recurru diei natalitii SERENISSIMI PRINCIPIS nostri hunc in modum repetimus: *Salva Leucopetra, salva Aula, salva Patria, quia SALVUS est JOHANNES ADOLPHUS cum AUGUSTO ADOLPHO, Pater Serenissimus cum Filio Serenissimo.* In his Serenissimis Saxoniarum Ducibus duplex felicitas ultimato in nos redoundat: cura oculis nostris observatur, SERENISSIMI Parentis in Sobole salva & viva, & Sobolis in salvo & vivo Parente. De qua in præsenti Natalitiorum Festo dicturi sumus. Quotquot igitur saluberrimum SERENISSIMI CLEMENTISSIMÆ QUE PRINCIPIS regimem amant, fideique salutem & futuram incolumitatem Ducatus hujus curæ cordique esse volunt, ut velle omnes tenentur, rogatos cupimus observantissime humanissimeque, ut suas preces precibus & vota votis nostris adjungant, suaque honoratissima præsentia Panegyrim hanc Natalitiorum SERENISSIMI illustriorem reddere ne graventur, ne dedignentur.

P.P. XIII. Dom. Trin. MDCCXXXIX.

Leucopetra, literis G. A. Legii, Aul. & Aug. Typogr.

Pon Xa 4443 FK

ULB Halle 3
006 693 652



v D 78



R. 16, 23

X 2432276

Xa
4443

PATERNUM PRINCIPIS AFFECTUM
 IN NOMINE *PATRIS* IMPERANTIBUS
 MAXIME PROPRIO
 DELINEANS
 ANNIVERSARIA SOLENNIA
 NATALITIORUM
 SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
 DOMINI
**JOHANNIS
 ADOLPHI**

DUCE SAXONIE IULIE CLIVIE AC MONTIUM ANGARIE ET WESTPHALIE
 LANDGRAFI THURINGIE MARCHIONIS MISNIE ET UTRISQUE LUSATIE CO-
 MITIS PRINCIPIS HENNEBERGICI COMITIS MARCE RAVENSBERGE ET BARBIE
 DYNASTAE RAVENSTEINI MAGNI ORDINIS AQUILE ALBE SARMATICI EQUITIS
 S. G. M. ET S. R. I. SUMMI REI TORMENTARIE PRAEFECTI POTENTISSIMI POLO-
 NIARVM REGIS ET ELECTORIS SAXONIE GENERALIS CAMPI MARESHALLI NEC
 NON PEDESTRI LEGIONIS SAXONICE CHILIA-
 CHE RELIQUA

PRINCIPIS AC DOMINI ET NUTRITORIS NOSTRI LON-
 GE CLEMENTISSIMI
 PRECIBUS PHSQUE VOTIS CELEBRANDA
 INDICIT

ET
AD ORATIONEM
 D. VII. SEPT. A. C.
 IN AUDITORIO ILL. AUGUSTEI MAIORI
 BENIGNE AUDIENDAM

PER ILLUSTRES AULAE SERENISSIMAE MI-
 NISTROS UTRISQUE REIPUBL. PROCERES NEC NON
 CIVITATIS HUIUS AMPLISSIMAE LITERARUM PA-
 TRONOS CULTORES ET CIVES ILL.
 AUGUSTEI
 OBSERVANTISSIME HUMANISSIMEQUE
 INVITAT

M. CHRISTIANUS REINECCIUS, SS. TH. B.
 CONSIL. SAXO-WEISSENF. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.

